

TESTO NUMERO 1

L'occidentale tende a rappresentare l'orientale (e, in genere, il diverso da sé) come a un livello inferiore di civiltà. Nel brano che segue viene raccontata la sconfitta di un capo giapponese, Oda Nobunaga (1534-1582), considerato uno degli uomini più importanti nella storia del Giappone del XVI secolo, che sotto il suo comando conobbe unità e splendore. Contro di lui si ribellarono però i suoi feudatari, e questo viene presentato dal narratore come una dimostrazione della stupidità del principe nella scelta dei collaboratori e come un'occasione per moraleggiare – quasi che in Occidente non si fossero mai dati casi simili!

In Japonia, Nobunanga princeps, penes quem summa rerum potestas erat, elatus felicitate sua, coli numinis instar voluit, erecto ingenti templo in quo statuam suam adorandam proposuit. At fregit verus deus, qui superbis semper resistit, superbiam illius. Gerebat enim iam pridem Nobunanga inimicitias cum aliquo rege circumvicino. Hunc ut perderet eiusque regno potiretur, ingentem comparavit exercitum, cui duces praeceperat sibi, ut putabat, fidos et amicos, clam inimicos. Et est ea sors nimiae insolentisque fortunae, ut invidos complures et adversarios pariat! Aequales enim amicitia postulat, ambitio inferiores omnes optat ac subditos. Inter istos duces unus, ceteris audacior et Nobunangae infensor, occasionem inimici opprimendi et occupandi etiam imperii, si faveret fortuna, captans, exercitus maximam partem et fortissimam, cui praeerat, adversum opulentissima urbem Japonicam ducit, simulans ita sibi mandatum a Nobunanga, qui hac in urbe vacuus metu considebat. Is, ut audivit adesse milites seque domi suae obsideri, profert e fenestra caput, sed repentina telorum grandine petitus, dum stricto gladio in obvios prorumpit, vulneratur, atque semianimis in cubiculum trahitur, ubi, flammis in palatium undique iniectis, exanimatus et consumptus est.

(da J. De Juveny, *Epitome historiae societatis Jesu*)

Rispondi alle seguenti domande, individuando, prima di fornire la risposta (in italiano), la frase da cui hai dedotto le informazioni che ti servono, e trascrivendola (in latino) su una facciata del foglio che ti è stato fornito:

1. Che cosa spinge il principe Nobunaga a voler essere onorato come un dio?
2. Come manifesta il suo desiderio di essere divinizzato?
3. Da quale frase si evince un giudizio da parte dell'Europeo che racconta questa storia?
4. Per quale motivo Nobunaga decide di allestire un esercito?
5. Chi sceglie come comandanti del suo esercito?
6. Il narratore interviene con un esplicito commento: "Et est ea sors nimiae insolentisque fortunae, ut invidos complures et adversarios pariat!". Che concetto vuole esprimere?
7. Cosa spinge uno dei generali a iniziare la ribellione?
8. Con quale azione inizia la rivolta del generale? E quale scusa invece adduce?
9. Come reagisce Nobunaga alla notizia dell'arrivo del generale?
10. In quale esatta parte del palazzo imperiale si compie il destino di Nobunaga?

TESTO NUMERO 2

Anche quando fra gli Asiatici si ritrova un saggio consigliere, come è nel caso del Medo Cobare nel passo che segue, a lui si contrappone sempre quanto meno un principe disdicevole (nel brano Besso, succeduto a Dario alla guida dell'impero persiano e nella lotta contro Alessandro, al tempo dell'episodio peraltro ormai sicuro vincitore). Sull'altra facciata del foglio che ti è stato fornito, traduci in italiano il seguente brano:

Bessus circumferri in convivio vinum largius iubet. Erat in eo convivio Cobares, natione Medus, vir moderatus et probus. Is cum praefatus esset se scire servo utilius esse parere dicto quam adferre consilium, tum consilium aperuit utilius Besso quam gratius: "In vestibulo", inquit, "regiae tuae velocissimus iam consistit Alexander. Ante ille agmen, quam tu mensam istam* movebis. Certe, qua tu fugiturus es, hostis sequi non potest! Iter utrique commune est, victori tutius. Cur validioris non occupas gratiam dedisque te, meliorem fortunam deditus quam hostis habiturus?». Bessus, et ingenio et vino ferox, adeo exarsit ut vix ab amicis quominus occideret eum retineretur. Convivium tamen statim reliquit, impotens mentis. Cobares, inter tumultum elapsus, ad Alexandrum transfugit.**

(da Curtio Rufo, *Historiae Alexandri Magni*)

* *istam mensam* = «la tavola del banchetto»

** *se dedere* = «arrendersi»

TESTO NUMERO 3

Raramente a un Orientale vengono riconosciute doti straordinarie; e anche in quel caso, la tendenza è a mescolare bona et mala, come nella descrizione di Mitridate VI, il sovrano del Ponto che tenne in scacco i Romani per oltre venti anni, fra l'88 e il 63 a.C.

Inter Asiaticos qui claruerunt, unum reperimus cunctis excellentiorem, et cui pauci possint aequari: Mithridatem Eupatorem, cuius progenitores Pontici fuerunt, et ipse apud Sinopem natus educatusque est et ibi tandem sepultus. Ad hunc puerum et parentibus orbatum principatus translatus est, qui mox, ut adolevit, finitimos barbarorum populos in potestatem suam redegit: Scytharum enim non paucos sibi subiecit, in Romanis per quadraginta annos variis eventibus bellum gessit, Macedoniam - cum in Graeciam transisset - potenter invasit. Inter lubricos prolapsus casus, minime animum deposuit, bellum facile instauravit, cum optimis ducibus proelio decertavit; a Sulla quidem et Lucullo Pompeioque victus, saepenumero magnas illis intulit clades. Sive ab hostibus, sive ab aliis ferro petitus et saucius, nullo tamen ab opere cessavit. Sanguinolentus et crudelis in omnes fuit: nam matrem, fratrem ac filios tres impuberes totidemque filias interfecit. Statura ingenti fuisse traditur, valitudine prosperrima usus usque ad ultimum vitae tempus, equitare, iaculari ac mille stadia una die discurrere solebat, currus sex et decem equis agitare. Graecis imbutus disciplinis erat, et ob id sacris eorum usus; musicae praeterea deditus; sobrietatis eximiae laborumque patientissimus, solum mulierum devictus illecebris. His moribus Mithridates cum plurimas et praeclaras regiones cladibus involvisset, postremo desertus a suis et filii fraude circumventus, ad veneni remedia convolvit, sed frustra, quod iis assuefactus erat. A quodam milite ut eum ferro interimeret praecibus denique impetravit: atque ita ille rex, quondam potentissimus, e vita tandem decessit.

(da E.S. Piccolomini, *De Asia*)

Esercizio 1

Nella seguente parafrasi riempi gli spazi vuoti del testo che ti sembrano da completare con uno dei vocaboli che trovi elencati nella forma che si trova sul vocabolario (il nominativo di nomi, aggettivi, pronomi; presente e infinito dei verbi): dovrai quindi mettere la parola che scegli nel caso, genere e numero, oppure nel modo e nel tempo e nella persona che il contesto richiede.

Inter Asiaticos clarissimos unus nobis excellere videtur, cui par vix _____ inveniri potest: Mithridates Eupator. Eius maiores ex Ponto fuerunt atque ille Sinope, ubi natus et postremo sepultus est, crevit. Cum parentes mortui essent, hereditate _____ adhuc puer consecutus est, sed brevi tempore, cum adolevit, finitimis regionibus potitus est, Scythis _____, diu contra Romanos pugnavit vario Marte, in Macedoniam quoque vi _____. Numquam, cum in rebus incertis esset, animo _____, bellum mox renovavit, cum maximis ducibus _____, quamquam a Sulla, Lucullo, Pompeio tandem superatus est, tamen plurimis _____ eos profligavit. Numquam ab incepto _____, ne vulneratus quidem. Maxima crudelitate erga omnes egit, inter quos _____

fuerunt, mater quoque, frater, filii tres et tres filiae, quos trucidari iussit. _____
 statura fuisse dicitur, optima valetudine usque ad extremum vitae gavisus est ita ut equitare,
 sagittare, una die mille stadia _____ soleret atque currum quattuor quadrigis
 tractum ducere posset. Graecis diciplinis doctissimus erat, qua re eorum religionem colebat;
 musicae amantissimus, _____ et maxime laborum patiens, tantum muliebri
 pulchritudine vinci poterat. Eiusmodi vir, Mithridates, bellis ac _____ in
 plurimas clarissimas nationes illatis, tandem ab omnibus relictus est et, cum filius
 _____ eum circumveniret, a veneno remedium quaesivit, sed hoc nihil valuit,
 quia iam pridem veneno _____ assuescerat. Postremo a
 _____ milite auxilium petivit ut gladio ab eo caederetur: ita mortuus est rex,
 olim potentissimus.

contendo, contendere
percurro, percurrere
caedes, -is
excelsus, -a, -um
aliquis, aliquid

deficio, deficere
subigo, subigere
dolus, -i
moderatus, -a, -um
quidam, quaedam, quidam

desisto, desistere
utor, uti
imperium, -ii
propinquus, -a, -um
irrumpe, irrumpere
pugna, -ae

Esercizio 2

Scegli la risposta giusta, facendo una crocetta sulla lettera corrispondente

1. Quando Mithridates regni fines amplificavit?

- ☐ simul atque principatum obtinuit
- ☐ cum potentior factus est
- ☐ paucis annis postquam haereditatem adivit
- ☐ cum Macedonia potiri conatus est

2. Quas nationes Mithridates subegit?

- ☐ regno suo confines populos
- ☐ partes Romanarum provinciarum
- ☐ Graecos et Macedones
- ☐ Scythas tantum

3. In bellis quae contra Romanos gessit Mithridates

- ☐ fere semper victor evasit
- ☐ varia fortuna pugnavit
- ☐ fere semper profligatus est
- ☐ cum profligaretur, fugere solebat

4. Cum in difficultates incidisset Mithridates

- ☐ crudeliter saeviebat in omnes
- ☐ cruciabatur et animo deficiebat
- ☐ ab optimis ducibus auxilium petebat
- ☐ numquam animo deficiebat

5. Iam provecta aetate Mithridates

- ☐ venena sumere coepit
- ☐ litteris graecis et musicae studebat

- Graecorum moribus uti incipiebat
- corpore valido tamquam in florenti aetate fruebatur

Usando le parole dei testi sopra riportati (o altre, se preferisci), metti una appropriata didascalia latina alle seguenti immagini:




